



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 33. Cardinalis Balvis libertas a Legato petita atque obtenta

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. bat. Erant autem illi Bellojovii Co-  
A.C. 1480. mes, Carolus de Ambacia, Augustodu-

*Matth. hist.* nensis Episcopus, Petrus de Rohan Ga-

*Lud. XI. l. 10* Marescallus, Philippus Comminæus, &

Gie Ludanus, quorum quemlibet sigillatim, quæ in Senatu agitarentur, sibi referre jussit, & quamvis eorum verba ægre admodum perciperet, nihilominus se dereum statu plenam hausisse notitiam simulabat, ac nonnunquam epistolas extrahebat, easque legere fingebat, quamvis ut inquit Comminæus, nil eorum, quæ continebant, comprehenderet. Additæ illas quidam Scriptor, eum non raro epistolas præpostere invertisse, ab adstantibus tamen caute dissimulandum fuisse, quod hunc errorem animadvertisserent Verbo, nil intentatum reliquit, ut pristinæ valetudinis recuperationem ostentaret, unice intentus, ut haud minor quam antea, studio atque solertia publicis regni sui negotiis invigilare censetur.

### §. XXXIII.

*Cardinalis Balvis libertas a Legato petita, atque obtenta.*

Legatus adversa Regis valetudine opportune usus, Regi supplicat, ut libertati restitueret Cardinalem Balvem, qui perfidiæ, ac proditionis suæ poenas datu-

daturus, in arcto carcere solidis tredecim *iæcul.* **XV.**  
 aut quatuordecim annis pene contabue- *A.C. 1480.*  
 rat, nihil hucusque proficientibus ferine  
 continua precibus, quibus toto illo tem-  
 pore Curia Romana eum a custodia di-  
 mitti urgebat: Legatus tamen adeo im-  
 pense Regis clementiam exorabat, ut  
 Ludovicus tam diurna Cardinalis ca-  
 ptivitate vindictam abunde expletam  
 fuisse ratus, tandem Balvem libertati re-  
 stitueret. Ob hanc tamen violentiam *Comm. l. 6.*  
 Cardinali illatam Regem a Sixto Ponti-*c. 7. p. 403.*  
 fice petuisse, atque obtinuisse absolutio-  
 nem, testatur Comminæus; scripserunt *Addit. ad*  
*Ciacon.*  
 alii Auctores (\*) Regem ac Medicos ab  
 hoc Cardinale fuisse deceptos, eo quod Dy. *Garimbart.*  
*de Cardin.*  
 suriae morbum simulasset, hacque fraude *l. 7. c. 5.*  
 impetrasset, ut Rex Legato hujus infir-  
 mi liberationem petenti annueret. Ce-  
 terum licet a suo carcere dimitteretur,  
 nunquam tamen in conspectum Ludovi-  
 ci XI. admissus, a Legato Romam duce-  
 batur, a Pontifice & Cardinalibus adeo  
 perbenigne receptus, ut etiam, quamprimum  
 advenisset, a Sixto Papa in Episco-  
 pum Albanensem eligeretur.

### §. XXXIV.

(\*) *Hæc Continuator ex Spondano ad hunc*  
*annum num. 4. descripsit, qui tamen pro sua*  
*ingenuitate hæc addit: Fabulam putamus, quod*  
*Garimbartus scribit. &c.*